



Em 432

MORTEM PRAEMATVRAM



V I R I

NOBILISSIMI DOCTISSIMI

IOANNIS ANDREAE  
BEVMELBVRGII

G O T H A N I

SACRARVM ET HVMANARVM LITTERARVM CVLTORIS

STVDIOSISSIMI

SODALIS SVI ET AMICI DESIDERATISSIMI

DEPLORAT

S O C I E T A S L A T I N A

CVIVS LVCTVM ACERBVM

IPSIVS IVSSV

TESTATVR

IOANNES FRIDERICVS SCHOEPPERLINVS

NORDLINGA - SVEVVS

SACRARVM LITTERARVM CVLTOR ET SOCIETATIS

EIVSDEM COLLEGA.

CID 10 CC LIII. IDIB. IANVAR.



I E N A E

LITTERIS SCHILLIANIS.

AK



amavit nos quoque Daphnii.

VIRG.



**C**OLLECTIS ex sacuo animis ubi vulnere iusta,  
Erepte VIR nobis, TIBI  
Soluimus, et quondam SOCI celebramus  
amorem,

Qui morte demum cesserat:

Quam graue sit, vatis factum cecinisse, poetis,  
Sentimus exemplo TVO.

HORRENT ex obitu, VATES celebrande, capilli,  
Linguaeque versant irrito.

Verba, animis vltro venientia verba labore,  
Et spiritus nos deficit.

Est BEVMELBVRGI moribunde, simillimus omnis  
Credas TIBI nostratum.

O TIBI nostrum aliquis dulcissima lumina claudat!  
Certamen esset fingulis.

Aegra leuaturus lecto TVA membra reponis,  
Praesens videre fingulis.

Ponimus egregium in caro certamen AMICO,  
Et diffidet noster fauor.

Inuidus alterius nunc primum, quisque iacentem  
Priore TE tenet manu.

Nunc ego vel damni socius TIBI cuncta ministro;  
Nunc hic ministrat pharmacum.

Tentat at is dubius venas fluxumque morantem,  
Mortis futurae interpretem;

Excipit ille animam triftis circum oscula pendens;  
Conclamat alter mortuo.

Dumque omnes aequo feruent certamine, primus  
Amplectitur TE mortuum.  
Heu dolor! heu fallax, quae territa pectora ludit,  
Spes quam libet lectissima.  
Quid iuuat emeritum palmam meruisse? tropaeum  
Statuit cruore sanguinis.  
Nataeque operae taedet TVA membra tenentes  
Socios: AMICVS occidit.  
Quis luctus nostri iudex exspectat iniquus  
Perfecta numeris carmina?  
Quos animo mors dira pii multum angit AMICI?  
Quos femiuuios abstulit?  
  
VIX tibi mens constat, tanto vexata dolore;  
Nec credula est res hic amor.  
Nequidquam exsanguis contamur corpore venas,  
Quas experimur frigidas.  
Exortos paullatim animos ac dulcia vota  
Prosternit, heu! nouus dolor.  
Somnia mendaci fingunt imitamine formas,  
TECUMQUE tempus fallimus.  
Nunc multum ex sermone iuuat didicisse docentis;  
Recitante TE nunc vtimur;  
Acris persequitur scriptos TVA lima libellos;  
Nunc vltimam admoues manum.  
Ait vbi sol oriens lentos tibi vindicat artus,  
Emendat errorem dolor,  
Ergo nihil nobis superest solaminis? ergo  
Diem dies exasperat?  
Nec iuuat alterius sermo: graue namque docendis,  
Transferre mentem ad ardua.  
At quid si socius fallentia tempora fallat?  
Sed falleris: mortem refert:  
Inde parum nostro, SOCIO moriente, dolori  
Et vulnere medebimur.  
Impar Hippocrates morbo est, vacat arte Galenus,  
Hygea nec medebitur.  
Non hominem solum nobis, mala fata, tulistis;  
SOCIVM tulistis, impia!  
Quin immo verum, mala fata, tulistis AMICVM,  
Quem posterius flet mortuum.

Non fuerat, fortuna, satis, succidere flum,  
Vixisse quando caedeat?  
Tangere si metam liceat? si vincere metam?  
Si puluerem collegerit?  
Inuida, cur medio properantem sternere campo  
Iuuenem? necare cur placet?  
Cur in amicitiam tantam furis, inuida, nostram,  
Quae forte nobis obtigit?

Quo ferimur? quae magna manus nos tollit in altum?  
Quo colle stulti degimus?  
En, quibus, alme pater, committes orbis habenas?  
Desiste! mortales; fumus.  
Non vnquam humanae rimatur mentis acumen  
Decreta nos latentia.  
Suspiciamus miranda tui moderamina mundi,  
Rerumque multitudinem.  
Nec iuuat, omnipotens, nobis tua scepra teneri  
Presura inertem dexteram.  
O rege, dumque regis mundos, imperuia regna,  
Tu nos tuere fortiter!  
Consilii impune tuis immittere sese  
Quis vellet? omnis caccus est.  
Nunc conuexa, deus, dextra diffindis: **AMICVM**  
Nunc, nunc videmus candidum.  
Suspicit adueniens insuetum limen Olympi:  
Quae sentiet, dum federit?  
Quae leuiter terris nos numinis ore docemur,  
Fruitur; fruatur assiatim!



78M 378

ULB Halle

003 076 938

3








83

MORTEM PRAEMATVRAM

VIRI

NOBILISSIMI DOCTISSIMI

IOANNIS ANDREAE  
BEVMELBVRGII



OTHANI  
ARVM LITTERARVM CVLTORIS  
DIOSISSIMI  
AMICI DESIDERATISSIMI  
DEPLORAT  
AS LATINA

CTVM ACERBVM  
SIVS IVSSV  
TESTATVR  
RICVS SCHOEPPERLINVS  
LINGA - SVEVVS

ARVM CVLTOR ET SOCIETATIS  
SDEM COLLEGA.

C LIII. IDIB. IANVAR.

ENAE  
SCHILLIANIS.

AK

